Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lexicon Graecolatinvm Novvm

Scapula, Johannes
Zwinger, Jacob

Basileae, 1628

Dialectvs Aeolica

urn:nbn:de:bsz:31-107465

Visual Library

Huc uſque, qua Vnius dictionis Dorica proprietas eſſet, generatim primum tum ſpeciatim, quantum licuit & decuit breuiter comprehendimus. Quod ſi tam plurium quoque connexum requiremus, tum quoque apud Doricenſes diuerſum eſſe comperiemus, ratione ſitu

- Orthographiæ, quatenus innectuntur dictiones, contractione vel
  - Aliqua intercedente vt nimirum
    - AA contrahatur in A: vt, ἀναγορᾶν pro ἀνὰ ἀγοράν.
    - AO in Ω: vt, τὠνείρατος pro τοῦ ὀνείρατος.
    - AIA in A: vt, κἄνευ pro καὶ ἄνευ.
    - AIE in
      - A: vt, θἀτέρᾳ pro τῇ ἑτέρᾳ.
      - H: vt, κἠπὶ τοῦ αὐτοῦ pro καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ.
    - AIEI in H: vt, κἤπειτα pro καὶ ἔπειτα, vtroque iota abiecto.
    - AIEY in HY: vt, κηὖ pro καὶ εὖ.
    - HE in H: vt, μἤστι pro μὴ ἔστι.
    - HEY in HY: vt, μηὕρω pro μὴ εὕρω.
    - OE in Ω: vt, ὠγώ pro ὁ ἐγώ, ὠξ αἴτνας pro ὁ ἐξ Αἴτνας.
    - OA in Ω: vt, ὤδωνις pro ὁ Ἄδωνις.
    - OIAI in Ω cum iota ſubſcripto: vt, ᾠπόλοι pro οἱ αἰπόλοι in ω mutato, & poſteriore iota ſubſcripto.
    - OYA in Ω: vt, τὤλγεος pro τοῦ ἄλγεος.
    - OYAY in OY: vt, ταὐτοῦ pro τοῦ αὐτοῦ.
    - ΩA in Ω: vt, τὠγάλματι pro τῷ ἀγάλματι.
    - ΩE in Ω: vt, ὠτᾶν pro ὦ ἐτᾶν.
  - Nulla: ita tamen vt litera auferantur: vt, ποτ̓ τὰν ματέρα pro ποτὶ τὰν ματέρα, κατ̓ τοῦτο pro κατὰ τοῦτο.
- Syntaxeos: Vbi notatur
  - Ellipſis: vt, ναὶ τάν, pro ναὶ μὰ τὰν γᾶν, apud Theocr.
  - Enallage
    - Specierum. Primitiuo vti pro poſſeſſiuo Doribus & Atticis communis eſſe dicit Euſtathius, & addit, qua duriora ſunt noſtris auribus Dorum eſſe, quæ molliora & iucundiora Atticorum: vt, ἀνθρώπου ἦθος pro ἀνθρώπινον, γυναῖκα μάζον pro γυναικεῖον.
    - Numerorum
      - Pro ſingularibus fœmininis plurales caſus proferunt Dores, teſte Ioan. Grammat. vt, καλᾶς dicunt pro καλλῶ, σφὰς pro σφῶ.
      - Pluralia ſæpe vt dualia proferunt Dores; ait Corinthus, & exemplum ſubijcit ex Pindaro; Μαθόντες δὲ λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
    - Caſuum, pro Genitiuo ſingulari vtuntur Dores Datiuo eiuſdem numeri in prima & tertia ſimplicium. Sic quidam inquiunt. Eſt autem ea ratio, quam diximus ſuo loco, quoniam υ genitiui primæ declin. mutant in α, tertiæ autem in υ, vt ita genitiui & datiui ſint ſimiles.
    - Verborum. Nam Tertiis perſonis pluralibus vtuntur Dores loco participiorum. Ait Corinthus proferunt & tertias perſonas plurales pariter cum datiuis propriorum participiorum: vt apud Pindarum: ὄρμασι τὰς χεῖρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις pro ἀναπλέκουσι.
    - Modorum. Subiunctiuum loco Indicatiui Dores quoque adhibent vt, τὸ μάλιστα δέῃ εἶναι pro δεῖ εἶναι.

AEOLES

DIALECTVS AEOLICA.

Aeoles Doriēſiū colonia fuere, in Siciliam & Italiam ducta. Illorum ergo ſermonis proprietas Doricēſium aſſimilis: Vt autem horum Lacones, ſic Aeolū integerrimi Theſſali fuere, teſte Scaligero. Aeolica lingua Sapho & Alcæus ſcripſere: Homerus item & Ariſtophanes ea ſunt vſi. Noſtis eius naturam examinaturi, conſiderabimus vocum.

- Significationem, *quam diverſam habent à cæteris Græcis.* Α᾽φατ**ος**, *ignobilis: Aeolicè Vulcanus eſt.* Κλάδος *ramus: Aeol. ſaltus:* Πεμπάζω, *mitto: Aeolicè, in quinque metior.* Χέλωνα, *teſtudo: Aeol. cithara.* Σταλαγμός, *gutta: Aeol. dolor.* Κατὰ *pro* μετὰ *accipiunt Aeoles, teſte Grammatico.*
- Diverſitatem, *quæ ſeſe in ſcriptione & pronunciatione offert, partim*
  - Vnius *dictionis, quæ à communi vſu diverſa eſt vel*
    - Ex *parte duntaxat: atque id conſiderabimus vel*
      - Generatim *ratione tum*
        - Ortographiæ, *quæ dictio Aeolica vel*
          - Augetur
            - Initio: *tum* Litera O, *quod præponunt Aeoles υ pſilo: vt,* ὄϋδωρ *pro* ὕδωρ. B, *quod præmittunt literæ ρ ſequente δ, κ, τ, teſte Ioan. Gramm. vel etiam ζ, vt annotat Canin. ius. vt* βρόδον *pro* ῥόδον. βράκος *pro* ῥάκος. βρυτὴρ *pro* ῥυτὴρ. βρίζα, *pro* ῥίζα. F *Digamma, quod Aeolicum vocatur, quoniam ab iis inventum & vſurpatum eſt: vt.* Fελένη *pro* ἑλένη, Fανὴρ *pro* ἀνήρ. *Apud Alcæū ſemel tātùm invenies,* Fρήξεις *pro* ῥήξεις *inquit Tryphon Grāmaticus, qui eodem vſi Iones, vt, Dores, Bœotus. Præfigebatur autem vocibus à vocali aut diphthongo incipientibus: tum* Syllaba E: vt, ἐδάπεδον *pro* δάπεδον.
            - Medio: *tum* Litera, I: vt, καλαῖς *pro* καλάς. Y *in primis ſi poſt υ ſequatur alia vocalis teſte Grā. aut alias nulla ſequatur poſt vocalē cōſonās vt* αὔαδ *pro* ἅδ, χεύαν *pro* χεῦαι. αὔηρ *pro* ἀήρ. B: vt, ἀλιβδύειν, *pro* ἀλιδύειν. K: vt ὄκχος *pro* ὄχος. Σ: vt. ἀπίσβω *pro* ἀτίφω. *In primis diplaſiaſmo gaudent conſonantium λ, μ, ν, π, ρ, σ, τ & aliarum: vt,* ἀμμές *pro* ἡμεῖς, ἔμμα *pro* εἶμα: ἔννεπε *pro* ἔνεπε. σελάννα *pro* σελήνη, χέῤῥων *pro* χειρῶν, ἴσσος *pro* ἴσος. ὄππα *pro* ὅπη, *quamuis dicat Grammat.* ὄππω & ὄττω, *communia eſſe. Nam Communis, ait relatiua duplicat.* ὄππελος *pro* ὅπελος, ἴσσος *pro* ἴσος: *tum* Syllaba, A: vt θυάων. *pro* θυῶν. E: vt, δυεσι *pro* δυσί. O: vt, ἀγέροντα *pro* ἀγροῦντα.
            - Fine: *tum* Litera N: vt, λιπῷν *pro* λιπῷ, ἐγὼν *pro* ἐγώ. *tum* Syllaba, Θα: vt, εἴπησθα *pro* εἴπῃς, ἦσθα *pro* ἦς.
          - Minuitur
            - Initio: Litera, Δ: vt, αἰνός *pro* δεινός. M: vt, ἴα *pro* μία. Σ: vt, μίλαξ *pro* σμίλαξ, μυκτὴρ *pro* σμυκτήρ.
            - Medio, *Syncopes Aeolum ſunt propria, ait Io. Grammaticus, tum* Literæ, I: vt, ἀρχαῖος *pro* ἀρχαῖος, ἑταῖρος *pro* ἑταῖρος. *Hæc verò non ſolum ex αι aufertur ſed etiam ex ει, ita quidem, vt in illius locum ſuccedat conſonans aliqua, vel ſimilis ſequenti, vel alia aliqua: vt,* χέῤῥας *pro* χεῖρας, τέννω *pro* τείνω, σπέσδω *pro* σπείδω. *Hic υ ſuccedit non δ duplicatur, vt in prioribus.* Γ, *ex iis quæ deſinunt in υγξ, vt,* φάρυξ *pro* φάρυγξ. Δ: vt, πάϊς *pro* παῖδος. *tum* Syllabæ, E: vt, ἰρὸν *pro* ἱερόν. Mα: vt, ἄρμα *pro* ἄρμαμα. O: vt, ἀγνόκαμμες *pro* ἠγνοήκαμες.
            - Fine. Litera, N: vt ἐπίσθα *pro* ἐπίσθην. Σ: vt, ὁ *pro* ὅς, ἀρχίτα *pro* ἀρχίτας.
          - Mutatur. *Vide ſignum A.*
        - Proſodiæ, *in qua conſideratur*
          - Spiritus. *Aeoles aſperū ſemper vertūt in tenuem: quem ob id H. Stephanus Aeolicū vocat, ipſoſque Aeolas ψιλωτικούς. Euſtathius: vt,* ἄλιος *pro* ἥλιος. *Inde fit, vt in Cōpoſitione tenuis non vertatur in aſpiratam. Interea Aeoles loco ſpiritus aſperi vſurpabant notulā, ex duob. Γ ſibi mutuo erectè inſiſtentibus. F, vel inverſè ⅎ effictā, qua vt v conſonans Latinorum proferebant. Ait Victorius: Aeolis F idē valet, quod apud nos v, cum pro conſonante ſcribitur, vocaturque* βαῦ *&* δίγαμμα *Aeolicū. Addit Lipſius, pro* βαῦ, *voluiſſe dicere* vau. *At vero Græci ſæpius β pro υ vſurpāt & Caninius teſtatur, Lacones & Cretenſes β vſos fuiſſe loco digāmæ: vt* ἀείω, ἀβέω. *Vnde Latinorum nummi* ἄλιος, βαβέλιος. *Digamma ergo pro v conſonante, vel etiam pro aſpero ſpiritu vſurpabatur. vt,* Fεσπέρα *pro* ἑσπέρα, Fελένα *pro* ἑλένη, Fεσθα *pro* ἐσθα. *Quamuis inveniantur nonnunquam etiam pro tenui ſpiritu adhibuiſſe: vt,* Fοῖνος *pro* οἶνος, Fίσχυς *pro* ἴσχυς.
          - Tonus, *ſive Accentus: Vide ſign. B.*
      - Speciatim: *quatenus ea pertinebant ad ſingulas Etymologia claſſes. Vide ſign. C.*
    - Penitus: *Tales Aeolum propria dictiones ſunt.* Α᾽κιρά, *debilis.* Α᾽γορ, *aquila.* Καταγωγὶς: *indumentum muliebre.* Δράκων, *vir,* ἀνήρ. Μαυς *prætextus,* προφάσις. Pίυτος *facies.*
  - Plurium, *invicem coniungendarum. Vide ſign. D.*

- **A.** Permutātur inter ſe Vnius dictionis literæ Aeolico more vel
  - Figura nomenum
    - Vocales
      - Vna
        - A in
          - E: ut, πρίαμος pro πρίαμος, λεγώμεθε pro λεγόμεθα.
          - H: ut, ἀήρ pro ἀήρ.
          - Y: ut, σύρκες pro σάρκες.
          - O: ut, στροτός pro στρατός, μεμορμαι pro μέμαρμαι, ὄνω pro ἄνω.
        - E in
          - A: ut, δ' αμός pro δ' εινός, ὄπιθα pro ὄπισθεν.
          - H: ut, ἀχιλλῆος pro ἀχιλλέος.
          - O: ut, εἴδ' ωθα pro εἴδ' ωθα, teſte Etymologo.
        - H in
          - A: longum, vel in breue, ſecundum alios, ad differentiam Dorum: ut, πύλα pro πύλη.
          - E: ut, ἄρες pro ἄρης. In primis hoc fit ab Aeolibus, quando ſequentem conſonantem duplicant: ut, τίθεμμι pro τίθημι, ἀδίκεσται pro ἀδικεῦσαι.
          - AI: ut, τίθαιμι pro τίθημι, μεμναίσκω pro μιμνήσκω.
          - EI: ut, πείλευς pro πήλευς, μεὶς pro μὴν, menſis.
        - I in
          - E: ut, ἄδ' ικας@ pro ἄδ' ικας@, apud Etymol.
          - H: ut, ἄκτην pro ἀκτὶν, ψημμυθιον pro ψιμμύθιον.
        - Y in
          - Ω: ut, ὤψηλος pro ὕψηλος.
          - H: ut ἀνῆρ, ait Etymologus, ſic νῦ@ (ὡς τό, νῦν ἀνδ' ρῶν αἰχμητάων, pro νυμ ξίω) & Aeolica mutatione νῆ@. Sylburgius in notis ait: Hand ſcio, an verior lectio, παρὰ τὸ νῦ@, γίνε) νεῖ@ ἢ Αἰολικῇ τροπῇ, νυός.
          - I: ut, ἴψηλος pro ὕψηλος, ἴπαρ pro ὕπαρ.
        - O in
          - A: ut, ἄστα pro ὄζα, Etymologus.
          - E: ut, πρὸς pro προς, ἐδ' όντες pro ὀδ' όντες.
          - Y: ut, ὄνυμα pro ὄνομα. E πώνυμ@ autem, teſte Euſtathio, commune eſt.
          - Ω: ut, ὤμοι@ pro ὅμοι@, ὤσδα pro ὄζα.
        - Ω in
          - O: ut, ὄρα pro ὥρα.
          - A: ut, γελᾶν pro γελῶν.
      - Plures: EA in H per contract. idque in quibuſdam tantum, non in omnibus, teſte Gram. ut, κρῆς pro κρέας
    - Diphthongi:
      - A cum iota ſubſcr. in AI: ut, βοᾶις pro βοᾷς. Non enim ſubſcribunt iota Aeoles, ſed adſcribunt ſeparatim.
      - AI in AÏ per diæreſin, quam amant Aeoles: ut παῖς pro παῖς.
      - EI in
        - H: ut, ἐλθῆν pro ἐλθεῖν Priſcianus ait ει ab Aeolibus verti in η. Conſtat tamen, iota ab iis vel negligi, vel adſcribi, non autem ſubſcribi. Sic ἀπὸ τοῦ, luſcinia ab ἀείδω derivatur, Aeolica mutatione τοῦ ει in η, teſte Euſtathio. Vnde etiam Lycophron Σειρῆνας vocauit ἀπὸ ἀηδόνος καλὸν ἀεὶ δ' ούσας.
        - EÏ per diæreſin: ut, ἀργέϊοι pro ἀργεῖοι.
        - OI: ut, ὄνειρ@ pro ὄνειρ@, οἶκος pro εἶκος.
      - EY in H: ut, ἔρης pro ἐρεῦς, ἀχίλλης pro ἀχιλλεὺς.
      - OI in OÏ per diæreſin: ut, κοΐλον pro κοῖλον, χεία pro χοία.
      - OY in
        - Ω, ſi non fuerit natum ex craſi: ut, μῶσα pro μοῦσα. Fit hoc præcipuè, ut ait Ioan. Grammat. participiis fœmininis, deſinentibus in οῦσα circumflexum: ut, ἰδῶσα pro ἰδοῦσα.
        - AΘ: ut, αἰνείας pro αἰνεῖν.
        - H: ut φιλήμμεν@ pro φιλούμεν@.
        - EY, ſi ex craſi natum fuerit: ut, λαλεῦσα pro λαλοῦσα, ἀκευόμεν@ pro ἀκούομεν@.
        - OI: ut, χρύσοιν vel χρύσοις pro χρυσοῦν. In participiis inprimis fœmininis verborum grauitonorum præſentis temporis: ut τύπτοισα pro τύπτουσα, γελάοισα pro γελάουσα, quod ab aliis, Dorienſibus adſcribitur.
    - Conſonantes, tum
      - Mutæ, de quibus ſigno E.
      - Semiuocales
        - M in
          - B: ut, βύρμαξ pro μύρμηξ, βέλλω pro μέλλω.
          - Π: & ſimplex & duplex: ut, παθοῦσα pro μαθοῦσα, ὄππατα pro ὄμματα.
        - N in Σ: ut, φρένες pro φρενεῖν, νόεις pro νοεῖν.
        - Z in
          - Δσ vel ΣΔ: ut, δ' σδὸς vel σδ' ὸς pro ζδὸς, errantes pronuntiatione, ait Corinthus.
          - Δ: ut, δυγὸς pro ζυγὸς, teſte Etymologo.
        - Ξ in Κσ vel Σκ: ut, κσέν@ vel σκέν@ pro ξέν@.
        - Ψ in Πσ vel Σπ: ut, πέλοπς pro πέλοψ, σπαλίς pro ψαλίς.
        - Σ in
          - T: ut, τύ pro σύ, quemadmodum Dores.
          - Δ: ut, ὀδ' μέλι pro ὀσμέλι, teſte Plutarcho.
          - Θ: ut, μελιθμὸς pro μελισμὸς, ut notat Stephanus.
          - N: ut in perfectis participiis, νενόηκων pro νενοηκώς.
          - P: ut, μάρτυρ pro μάρτυς, Euſtat. teſte, ἵππορ pro ἵππος, οὗτορ pro οὗτος, ἀρείλλω pro ἀρείω, κόρρα pro κόρση, ait Camerius.
          - Z, ſi ex duplex fuerit: ut μίζον vel μείζων, à μᾶσσον, poſitiui μέγας. Sic Etymologus.
  - Situ & ordine. Aeoles ρ tranſponunt, & quandoque duplicant, ι in ε mutato: ut, πίρραμ@ pro πρίαμ@, κόππρα pro κόπρια, μίτερρ@ pro μίτρα@, τίρτ@ pro τρίτ@, τίρτο pro τρίτο.

AEOLICA.

E. Mutæ conſonantes ab Aeolis per ἀντιστοιχίαν varijs modis permutantur:

- Π in
  - K: vt, κοῖον pro ποῖον.
  - M: vt, ματῶ pro πατῶ.
- ΠΤ in Σσ præeunte vocali breui: vt, ἐμπίσσω pro ἐμπίπτω, ὄσσω pro ὄπτω, πίσσω pro πέπτω. Non autem τύσσω dicunt pro τύπτω, quoniam υ longum eſt.
- T in Π: vt, πίσυρα πισύρα pro τέσσαρα, ἰμαπολὸ pro ςολὴ
- B in
  - Z: vt, ζέρεθρον pro βέρεθρον.
  - Δ: vt ἀδολος pro ἰβολός.
  - M: vt, φάρμακ@ pro φάρβακ@, teſte Etymol.
- Γ in Z: vt, ὀλίζον pro ὀλίγον.
- Δ in
  - Z: vt, ζία vel ζά pro διὰ, ζαβάλλειν pro διαβάλλειν.
  - B: vt, βέλλαρ pro δέλεαρ.
  - Θ: vt, Θάσ@ pro δάσ@.
- Φ in Π: vt, ἀμπὶ pro ἀμφὶ, ἀμπέχω pro ἀμφέχω.
- X in
  - Ξ: vt, δίξα pro δίχα, τρίξα pro τριχῆ. Hoc alij Doribus tribuunt.
  - Φ: vt, αὐφλω pro αὐχλω.
- Θ in
  - T: vt κατθνα pro καθῆναι: nimirum Aſpirationem neſcientes, tenues non mutant.
  - Φ: vt, φλᾶται pro θλᾶται.

B. Quæ etiam ſit Accentus vel Toni apud Aeoles ſcribendi ratio, breuis dicendum eſt. Tonum ergo contra communis linguæ conſuetudinem Aeoles vel

- Mouent ſedes, nimirum ex
  - Vltima in
    - Penultimam, vt accētū vel eundem ſeruēt, vel mutent. Ergo
      - Oxytonon mutant Aeoles in Paroxytonon. Ait Dionyſius, omnem dictionem ſupra vnam ſyllabam communiter oxytonam, Aeoles grauant, præter præpoſitiones & coniunctiones. Et Io. Grammaticus. Diſſyllaba apud nos in acutum tonum deſinentia, Aeoles graui tono proferunt: vt, σόφ@ pro σοφός, φίλεις pro φιλεῖς, ἴρατ@ ἔρατις pro ἐρατός, βασίλευς, pro βασιλεύς. Idem fit, ſi Pronomen σ@ cum articulo coaleſcat: vt, ὤσ@ pro ὁ σὸς, ὤσυ pro ὁ σὺ, τόσον pro τὸ σόν.
      - Periſpomenon mutant Aeoles in paroxytonon: vt, φρένω pro φρενῶν, γέλαις pro γελᾶν, ἄμμιν pro ἡμῖν, χέρρας pro χεῖρας.
      - Oxytonon mutant Aeoles in properiſpomenon: vt, λεῦκ@ pro λευκός, θῦμ@ pro θυμός, χῶλ@ pro χωλός.
    - Antepenultimam. Ex oxytono faciunt Aeolij proparoxytonum: vt, πόταμ@ pro ποταμός, ἄωάκτ@ pro ἀωακτός, κόϊλον, pro κοιλόν, ὄμφαλ@ pro ὀμφαλός.
  - Penultima in Antepenultimam: nimirum, Ex paroxytono & properiſpomeno faciunt proparoxytonon Aeoles: vt χρύσιον pro χρυσίον. τίθεντι pro τιθέντι, δίδοντι pro διδόντι: βασίλη@ pro βασιλῆ@, βασίλει@, pro βασιλεῖ@.
  - Antepenultima in
    - Penultimam. Proparoxytonon mutant Aeolij in paroxytonon: vt, προσώπα pro πρόσωπα.
    - Vltimam. Ex Proparoxytono formant Aeoles oxytonon: vt, ψιλός pro ψίλ@.
- Non mouent ſed mutant: nimirū
  - Oxytonon mutant Aeoles in periſpomenon, & vt ait Io. Gramm. & alij Monoſyllaba longa circumflectunt: vt, μῆξ pro μὶξ, ζεῦς pro ζεύς, χῆλ pro χεὶλ. Sic dicunt ἐγῶν pro ἐγώ.
  - Proſperiſpomenon mutant in paroxytonum: vt, ψάφαξ pro ψῆφαξ.

C. Vt verò has ipſas generales literarum mutationes ad ſpeciales partium orationis claſſes adhibeamus, conſideranda ſunt partes ſingulæ:

- ARTICVLVS. Ergo
  - Præpoſitiuum Aeoles eodem pacto inflectunt, quo nomen, cui præponitur: vt, ταῖν μυσᾶν pro τῶν μουσῶν.
  - Poſtpoſitiuus amittit Aeolicè σ: vt, ὃ pro ὅς. Vnde compoſitum ὅτι pro ὅςις.
  - Compoſitiuus genitiuum habet Aeolicè ὅτεω pro ὅτιν. ὅτυ. Ait ſcholiaſtes Sophoclis, Aeoles accuſatiuum ὅτινα in vtroque genere vſurpare, quemadmodum Attici τυ & τῳ.
- NOMEN rationeac cidentium
  - Speciei. Ergo
    - Patronymica in ιδης efferunt Aeolij per αδι@: vt ὑῤῥάδι@ pro ὑῤῥίδης.
    - Numeralia ſuo more formant Aeoles: ἴα dicunt pro μία, τέρτ@ pro τρίτ@: hinc Latinorum tertius, τέρτα pro τρίτη, πίσυρες pro τέσσαρες, πίσυρα pro τέσσαρα, πέμπε pro πέντε.
  - Generis. Maſculinum in fœmininum mutant Aeoles: vt ἡ αἰθὴρ pro ὁ αἰθὴρ, ἡ ἀὴρ pro ὁ ἀήρ.
  - Numeri. Duali numero non vtuntur Aeolij, at Corinthus, vt nec Romani, qui ab iis ſunt deducti.
  - Declinationis. De qua vide ſignum F.
  - RELIQVAE: Pronomen G. Verbum H. Participium I. Aduerbium. Præpoſitio K.

F. Declinationis Aeolica varietas deprehenditur ex nominum

- *Terminatione quam diuerſam ab vſu communi formare ſolēt. Mutant enim*
  - Ας neutrum in Ος: vt, τὸ ὖδ@ pro ὖδας, κῶ@ pro κῶας.
  - Ευς in Αυ: vt, ζαῦς, ζαυὸς pro ζεύς.
  - Ην in Εις: vt, μεὶς, menſis, pro μὴν.
  - Ις in Ορ: vt, τὸρ pro τίς.
  - Υρ, adiiciendo Ος: vt, μάρτυρ@ pro μάρτυρ, à cuius genitiuo μάρτυρ@ fit nouum nomen.
  - Ος in
    - Αξ: vt, ψάφαξ pro ψῆφ@.
    - Ορ: vt, ἄκκορ pro ἀσκὸς, ἵππορ pro ἵππ@.
  - Ωρ in Ως: vt, ὖδ@ pro ὖδωρ.
  - Ων in Ος: vt, ἄγων@ pro ἀγων: nimirum à genitiuo ἀγῶν@ nouum nomen ducentes.
  - Ως in Ος: vt, ἔρος, ἔρω pro ἔρως ἔρωτ@.
- *Caſibus, qui variant in declinationum ſpeciebus, tum*
  - Simplicibus:
    - Prima:
      - Nominatiuus *ſingularis Aeolicè deſinit in α: vt, ὁ ἀρχύτα pro ἀρχύτης, ὁ ἱθραγόρα, pro ἱθραγόρας, ἱππηλάτα pro ἱππηλάτης, ἱππότα pro ἱππότης. Ab his Nominatiuis Aeolicis Latini ſuos fecere, Propheta, Bibliopola, Pædotriba, Geometra, Scytha, &c. Euſtathius Poëtas ait Nominatiuum primæ ſimplicium in ας & ης formare vt Vocatiuum: vt, ὁ ἀρχύτα pro ἀρχύτης, ὁ μητίετα pro μητιέτης, ὁ θυέστα pro θυέστης. Quod ſi ſciatur Aeolorum eſſe proprium, cur non dicantur potius Aeolicè loqui Poetæ, quàm Poeticè? Inquiunt nonnulli Vocatiuum loco nominatiui vſurpari: quod improbat Caninius, verſiculo epigrammatis quem citat Euſtathius, πατὴρ ἦν μ' ἔφυτε κοπαρνα. Potuiſſet enim in fine verſus κοπάρνης dici, nullo obſtante metro.*
      - Genitiuus *ſingularis Aeolicè deſinit, vel in ᾶυ, vel in ας: vt, ἀἰακίδαυ pro αἰακίδου, ἀἰνείας pro αἰνείου.*
      - Genitiuus *pluralis per epentheſin acquirit Aeolicè α: vt, ἀἰνεάων pro αἰνειῶν.*
      - Datiuus *pluralis per Aeolicam paragogen aſſumit, vt apud Atticos, iota: vt, λογχαῖσι pro λογχαῖς.*
      - Accuſatiuus *pluralis per ſyncopen Aeolicam amittit nonnunquam ex diphthongo ι: vt, τιμὰς pro τιμαῖς, εἴρας apud Heſiodum pro εἰρίας.*
    - Secunda:
      - Genitiuus *pluralis per epentheſin Aeolicam accipit α: vt, θεάων pro θεῶν.*
      - Datiuus *pluralis apud Aeolicos acquirit iota. Ait enim Antiſignanus: Datiuis pluralibus cuiuſcunque declinationis in σ deſinentibus, Atticè, Ionicè Aeolicè additur iota: vt, πηγαῖσι pro πηγαῖς.*
      - Accuſatiuo *plurali Aeoles inſerunt iota ſeruato tono: vt, καλαῖς pro καλὰς, σοφαῖς pro σοφάς.*
    - Tertia:
      - Genitiuus *ſingularis apud Aeolas iota ſubſcriptum non habet: vt, τῶ λόγω pro τῷ λόγῳ: vt ita Genitiuus & Datiuus ſint ſimiles.*
      - Datiuus *pluralis teſte Io. Grammat. apud Aeolas acquirit iota per epentheſin: vt, τοῖς λόγοισι pro τοῖς λόγοις.*
      - Accuſatiuus *pluralis υ mutat Aeolicè in ω, vel ſecundum alios etiam in οι: vt, τὼς λόγως pro τοὺς λόγους, τοῖς νόμοις pro τοὺς νόμους.*
    - Quinta:
      - Nominatiuus.
        - Monoſyllaba *in αις reſoluuntur per diæreſin, mutato & tranſpoſito tono: vt, πάϊς pro παῖς, δάϊς pro δαΐς, Io. Grammat.*
        - Maſculina *in ας acquirunt Aeolicè iota: vt, μέλαις pro μέλας. Non tamen ἄίαις pro ἄίας dicitur, ne duæ vocales duriter concidant, teſte Corintho.*
      - Genitiuus. *In ις fœminina, per δ@ declinata, amittunt Aeolicè δ, in reliquis quoque caſibus: vt. ἀρτέμι@ pro ἀρτέμιδ@, μελιῖ@ pro μελιῖδ@, σφράγιν pro σφραγῖδα, κνημῖν pro κνημῖδα.*
      - Vocatiuus *nominatiuorum in ων, deſinit Aeolicè in ον, accentu non retracto, ſed ſeruato: vt, δαίφρων, ὦ δαίφρον pro δαῖφρον: ἀπόλλων, ὦ ἀπόλλον pro ἄπολλον: χελιδών, ὦ χελιδὸν pro χελιδόν.*
      - Datiuos *plurales Aeolij formãt à Genitiuo ſingulari, vertẽdo ος in εσσι: vt, ἀνδρὸς, ἀνδρεσσι pro ἀνδράσι. γυναικὸς γυναίκεσσι pro γυναιξὶ: τρωὸς τρώεσσι pro τρωσί. ἄνακτ@, ἀνάκτεσσι pro ἄναξι. Item, pro datiuis pluralibus 3. ſimplicium, Aeoles vſurpant datiuos tertiæ: vt, πάθημα, παθημάτοις pro παθήμασι. Apud Euſtath. μὴ καταγελᾶτε τοῖς ἐμοῖς παθημάτοις.*
  - Cõtractis.
    - Prima:
      - Genitiuum *ſingularem contrahunt Aeoles in ευς: vt, δημοσθένευς pro δημοσθένους. Nonnunquam etiam à communi detrahũt ſigma: vt, Σωκράτη pro Σωκράτης. Vtrumque volunt Doricum eſſe nonnulli.*
      - Vocatiuus *Nominatiui in ης, Aeolicè deſinit in ε: vt, ὦ σώκρατε pro ὦ σώκρατες.*
    - Secunda: *Aeoles genitiui penultimam iota ſecundum aliquos in η vertunt ι quod alias Ionibus adſcribitur: vt, πόλη@ pro πόλι@.*
    - Tertia:
      - Aeoles *in hac declinatione retrahunt accentum: vt, βασίλευς pro βασιλεύς, βασίλη@ & βασίλε@ pro βασιλῆ@ & βασιλέ@.*
      - Genitiuus *ſingularis nonnunquam etiam Doribus ſimilis eſt apud Aeoles, vt βασιλεῦς pro βασιλέ@.*
    - Quarta:
      - Genitiuus *ſingularis Aeolicè deſinit in ως: vt, λατῶς pro λητοῦς.*
      - Accuſatiuus *ſingularis Aeolicè in ων deſinit, quemadmodum Ionicè in ουν: vt λητῶν pro λητώ: vel etiam retracto tono λήτω.*
      - Numerus *pluralis Aeolicè ſecundum quintam ſimplicium in nonnullis flectitur, quod tamen alij Poeticum eſſe inquiunt: vt, αἱ κλώθες, ταῖς κλωθ pro αἱ κλωθοὶ, κλωθοῖς.*

AEOLICA.

G.
PRONOMINUM *Aeolia proprietates nonnulla communes ſunt iis nominibus, quibuscum declinationis modo conueniunt: vt, ἀμμέων pro ἡμῶν, ἄμμες pro ἡμεῖς. Nos de iis loquemur tantum, quæ ſingulis eueniunt.*

- Ἐγὼ in
  - Nominatiuo *Aeolice circumflectitur* vt, ἐγῶ, & ἐγῶν.
  - Genitiuo habet ἐμεῦ & μεῦ, *vt apud Dores, pro* μοῦ.
  - Duali ἄμμε pro νῶι, νῶ.
  - Plurali Nominatiuo, ἄμμες pro ἡμεῖς, ἀμμέων & ἄμμων pro ἡμῶν: ἄμμι & ἄμμιν pro ἡμῖν: ἄμμε & ἄμμας pro ἡμᾶς.
- Σὺ in
  - Nominatiuo *Aeolice habet* τὺ pro σύ.
  - Genitiuo σεῦ & τεῦ pro σοῦ, *vt apud Dores.*
  - Duali ὔμμε pro σφῶϊ σφῶ.
  - Plurali ὔμμες pro ὑμεῖς: ὑμμέων & ὔμμων pro ὑμῶν, ὔμμι & ὔμμιν pro ὑμῖν: ὔμμας pro ὑμᾶς.
- Genitiuo habet *Aeolicè* εὗ pro οὗ. *Cyprij pro* οὗ *per digamma Aeolicum, Fo dicunt. Hoc cum ſcribatur à nonnullis per γ ſimplex, pro errore eſſe videtur, digamma Aeolici non animaduerſi. Et Caninius Heſychium male ait multa per gamma ſcribere quæ per digãma debebant.* vt, γελλὰς, Γεργύς, γεσαμένας *quæ ſcribi debebant* Ϝελλάς, Ϝεργύς, Ϝεσαμένας.
  - Accuſatiuo *plurali Aeolicè habet* σφὶ pro σφᾶς.
- Σὸς *cum ſuo articulo coit retracto tono,* vt, ὦσὸς pro ὁ σὸς, ὤν pro ὁ ἐμὸς, τὤν pro τὸ ἐόν.
- Ἡμέτερος, α, ον, *Aeolicè habet* ἄμμος, ἄμμα vel ἄμμον, ἄμμον.
- Ὑμέτερος, α, ον, *Aeolicè habet* ὔμμος, ὔμμα vel ὔμμον, ὔμμον.
- Αὐτὸς *in Accuſatiuo omnis generis & numeri habet Aeolicè* μίν.
- Ἐκεῖνος *efferunt Aeoles per aphæreſin, dicentes* κεῖνος.

H.
IN VERBIS *quoque ſuos habẽt idiotiſmos Aeoles. Conſiderãda ſunt accidẽtia eorum:*

- Temporaigmerum [illegible] obſeruandum eſt &
  - Coniugatio quæ à natura thematũ depẽdet. Hæc ergo vel
    - Mutant Characteriſticas literas Aeoles.
      - Εω in
        - Ηω. *Etenim verba primæ circumflexorum, per ηω efferunt Aeolij, teſte Caninio:* vt, ἀδικήω pro ἀδικέω.
        - Ευω: vt, ῥεύω pro ῥέω. *Hinc in Aor.* 1. ἔῤῥευσα. *Ait Anteſignanus* δεύεσθαι *dici Poeticè pro* δέεσθαι, δεύομαι pro δέομαι.
      - Πω in Σω, vt, ὄσσω pro ὄπτω, πέσσω pro πέπτω.
      - Σσω in Ζω, vt, ταράζω, pro ταράσσω. *Unde creditur ζ non ſolum valere* σδ, *ſed & duplex* σσ.
    - Noua *themata fingunt. Nam à verbis circumflexis omnium coniugationũ Aeoles noua verba in* μι *formant:* vt, Οἴκω, ἄνημι, νόημι, δάμναμι, ἀρνήμι, γελάω, γέλημι, Ἐρέω, ἔρημι. Ἐλεέω, ἐλέημι, δοκιμόω, δοκίμωμι. *Nonnunquam geminant initium:* vt, ἀχέω, ἀκάχημι, ἀλάω ἀλάλημι, πλάω, πίπλημι, ἀλυκτέω, ἀλαλύκτημι.
    - Metaplaſmo *themata communia aliter efferunt ratione penultimæ:* vt φθέρρω *dicunt pro* φθείρω, &c.
  - Initiũ, *ſeu Augmentum: quod* vel
    - Tollunt. *Augmentum quandoque abiiciunt Aeoles, in verbo tantum Paſſ. uo. ait Caninius.* vt, δέχθη pro ἐδέχθη, βλῆται pro βέβληται, ὄρθαι pro ὦρθαι, ἐλήλυμαι ita in Optatiuo λύμην pro λελύμην apud Homerum, idem quod λελυμένος εἴην. *Pro* ἔφυν *etiam dicere videntur* φῦν, φῦς, φῦ.
    - Mutant.
      - Ad *augmentum* ει, *reſolutum ex* η, *addunt Aeoles* υ: vt, *in Aor.* 1. εὔαδεν pro ἥαδεν, *quod dictum eſt pro* ἅδεν, *placuit, ab* ἅδω.
      - Verbis ἀπὸ *incipientibus dicunt,* ἔρρεφα *pro* ἔῤῥιφα. *Hinc apud Pindarum* ῥερίφθαι, *quod Caninius Aeolicum eſſe docet.*
  - Finis, *tum etiam Penultima omnium Generũ,*
    - ACTIVI & eius Modorum.
      - Indicatiui, *de quo,* vt & *de Imperatiuo & Optatiuo, conſule ſign.* L.
      - Subiunctiui. *Aeoles ſecunda perſona ſingulari addunt per paragogen* θα: vt, ἐθέλησθα pro ἐθέλῃς, ἔλθησθα pro ἔλθῃς, σπεύδησθα pro σπεύδῃς, ῳ, ῃς & *Aeolicè* ῃσθα.
      - Infinitiui.
        - Barytonorum ειν *Aeoles in* ην *vel* εν *transformant:* vt, τάττην vel τάττεν pro τάττειν, idque *Dorum more,* ποίεν pro ποιεῖν. *Dicunt nonnulli Aeoles* ην *vſurpare in præſenti & Futuro primo duntaxat.*
        - Circumflexorum ειν *Aeoles vertunt in* εις, *quamuis etiam in* ην & εν *aliquando:* ᾶν *autem in* αις *vel* ᾶις: ῦν *in* οις & οιν: vt, ποίεις pro ποιεῖν: *item* ποίην *aut* ποίεν pro ποιεῖν: γελαῖς & γελαῖν pro γελᾶν, χρύσοις & χρύσοιν pro χρυσοῦν. *Heſiodus ait* ἀρήμεναι pro ἀρῶν, *vt ita etiam in* ομεναι *Aeolicè deſinere videri poſſit.*
        - Perfectum *quinta coniugationis habens* ε *in penultima Præſentis, α mutat Aeolicè in* ο, & *tonum retrahit:* vt, τέθορθαι pro τεθάρθαι, à τείρω.
    - PASSIVI, & MEDII. *Vide ſign.* M.
- Figura, ergo Hæc
  - Syncope *frequenter vtuntur Aeoles, teſte Plutarcho:* vt ὑββάλλειν pro ὑποβάλλειν, κὰδ δ' ἐραθέτων pro κατεδραθέτην.
  - Tenues *non vertunt in aſpiratas Aeolij:* vt, κατεράται pro καθεράται. *Nam ignorant aſpirationem.*

Σ Reliquorum modorum Actiui generis ratio itidem habenda eſt.

Indicatiui varia obſeruanda tempora:

Præſens:

Secunda & Tertia perſona Præſentis & Futuri ει mutat Aeolicè in η, iota non ſubſcripto: vt, τύπτης pro τύπτεις, τύπτη pro τύπτει.

In nonnullis verbis ſecunda perſona ſingularis præſentis Indicatiui, ſed & aliorum Modorum & Temporum Aeolicè acquirit θα: vt, εἶσθα pro εἶς: ab εἶμι, eodem ſpectare videtur χρῆσθα quod Aeolicè dicitur pro χρῇ quamuis id Varinus Doricum eſſe velit.

Dorica in ουντι Aeoles formant abiecto ν: vt, ποιεῦτι pro ποιεῦντι.

Verba ſecunda circumflexorum contractionem in ᾳ reſoluunt Aeolicè, iota non ſubſcripto, ſed adſcripto: vt, γελάαις pro γελᾷς, γελάαι pro γελᾷ.

Primæ coniugationis in Μι η in ε mutatur Aeoli cè μ geminato: vt, τίθεμμι pro τίθημι, & πέθεμμι pro πέθημι. In tertia plurali τίθεντι pro τιθεῖσι. In duali autem & in prima & ſecunda plurali retinet η, φίλητον, φίλημεν, φίλητε. Sic Caninius.

Secunda in Μι, penultimum η mutat Aeolicè in αι: vt, γέλαιμι, γέλαις, γέλαι, pro γέλημι, à γελάω.

Tertia pluralis Dorica verborum in Μι accentum transfert Aeolicè in antepenultimam: vt, τίθεντι pro τιθέντι, ἵσταντι pro ἱστάντι, δίδοντι pro διδόντι, ζεύγνυντι pro ζευγνύντι.

Εἰμὶ Aeolicè habet ἦμι & in tertia plurali ἔντι pro εἰσί.

Φημὶ in tertia plurali habet Aeolicè φαισὶ pro φασί. Aeoles etiam per aphæreſin auferunt φ: & dicunt ἠμί, ἠς & ἠσθα, ησί & ητί.

Imperfectum.

Totum ſingularem numerum Imperfecti & Aoriſti vtriuſque Actiui & Medij generis formant Aeoles in σκον, σκες, σκε: primam pluralem in σκομεν, tertiam in σκον: hoc eſt, per epentheſin vltimæ ſyllabæ præmittunt tres literas: vt, τύπτεσκον, τύπτεσκες, τύπτεσκε, τύπτεσκομεν, τύπτεσκον: ποίεσκον, ποίεσκες pro ἐποίουν &c. ἔσκον, ἔσκες, ἔσκε pro ἦν verbi ſubſtantiui.

Tertia perſona in ει deſinens Aeolicè aliquando per η effertur: vt, ἐφίλη pro ἐφίλει, ἔδοκη pro ἔδοκει.

Secunda ſingularis acquirit nonnunquam Aeolicè θα: vt, ἦσθα pro ἦς, ἔφησθα pro ἔφης.

Pluſquamperfectum: Secunda perſona, vt in Imperfecto, Aeolicè nonnunquam acquirit θα: vt, ᾔδεισθα pro ᾔδεις.

Aoriſtus vterque formatur Aeolicè vt Imperfectum: vt, τύψασκον, τύψασκες, τύψασκε, τύψασκομεν, τύψασκον: τύπεσκον, τύπεσκες, τύπεσκε, τύπεσκομεν, τύπεσκον.

Futurum:

Quintæ barytonorum in ρω & λω Aeolicè inſeritur ε: vt, σπέρεω pro σπερῶ, ψάλεω pro ψαλῶ.

Secunda & Tertia ſingularis Aeolicè mutatur in η, vt in Præſenti dictum: vt, τύψῃς pro τύψεις, τύψῃ pro τύψει.

Doricum ουντι Aeolicè amittit ν: vt, ποιησεῦτι pro ποιησεῦντι, τύψεῦτι pro τύψεῦντι.

Imperatiui Hic Aeoles retinent penultimam longam in Verbis in Μι: vt, τίθητι τιθήτω, pro τίθετι τιθέτω, ἵσταθι pro ἵσταθι, δίδωθι pro δίδοθι.

Optatiui:

Præſens prima circumflexorum contrahitur Aeolicè in οίην: vt, ποιοίην, ποιοίης, ποιοίη pro ποιοῖμι. Ab ἀξιόω autem tertia circumflexorum, venit etiam ἀξιοίην pro ἀξιοῖμι: vt rectè annotat Cruſius: quod tamen Atticum eſſe poteſt. Ait enim Ariſtot. 2. de cælo cap. vltimo ὥσπερ ἄν εἴ τις ἀξιοίη. Anteſignanus dicit Aeoles ſequi Dorienſes terminando Optatiuum in οίαν: vt, ποιοίαν pro ποιοῖμι, χρυσοίαν pro χρυσοῖμι.

Secunda perſona acquirit nonnunquam Aeolicum θα: vt, κλαίοισθα pro κλαίοις, πεφύγοισθα pre πεφύγοις.

Aoriſtus primus Aeolicè inflectitur per εια, ειας, ειε: vt, τύψεια, τύψειας, τύψειε pro τύψαιμι: quam formam Euſtathius communem factam eſſe dicit. Scribit Corinthus, primam ſingularem & tertiam pluralem eſſe Aeolicam: ſecundam & tertiam Atticorum. Alij omnium perſonarum formationem ambobus relinquunt. Annotat Caninius in ſolo duali Atticos & Aeolicos nihil mutare.

Infinitiui:

Barytona in ειν terminant Aeol. in ην, accentu retento, vel tranſlato: vt, τύπτην pro τύπτειν, ἐλθῆν vel ἔλθην pro ἐλθεῖν.

Primæ coniugationis circumflexa in εῖν, terminant Aeoles in εις vel ην, iota ſubſcripto vel neglecto, accentu quin etiam retento vel tranſlato: vt, ποίεις vel ποιῆν pro ποιεῖν, φρονῆν vel φρόνην pro φρονεῖν.

Secundæ coniugation. circumflexa in ᾶν, iota ad latus ſcripto, Aeoles vel contractè efferunt, vel ſolute per diæreſin, ν quandoque in σ mutato, ſæpius etiam tranſlato tono: vt, γελᾶιν vel γελάϊν, vel γελάϊς, vel γέλαις pro γελᾶν.

Tertiæ coniugationis circumflexa in οῦν terminant Aeoles in οις vel οιν, accentu retento vel tranſlato: vt, χρυσοῖς, χρυσοῖν, χρύσοιν pro χρυσοῦν.

AEOLICA.

M. In cæteris quoque generibus Aeolica proprietas occurrit, in

- PASSIVO.
  - Prima pluralis in μεθα ab Aeolibus terminatur in μεθε & μεθεν: ut, λεγόμεθε vel λεγόμεθεν pro λεγόμεθα.
  - Doricum ουν Aeolicè amittit ν: ut, ποιεῦν pro ποιοῦσιν.
  - Imperfectum per epenthesin trium literarum εσκ, efferunt Aeles, abiecto augmento: ut, τυπτεσκόμην pro ἐτυπτόμην.
  - Præteriti perfecti penultimam α frequenter abit Aeolicè in ο: ut, ἔφθορμαι pro ἔφθαρμαι, μέμορμαι pro μέμαρμαι.
  - Verba in μι primæ coniugationis ε penultimum in Imperfecto retinent Aeolicè: ut, ἐπελάμην pro ἐπιλάμην, ἐφιλήμην pro ἐφιλούμην.
  - Aoristi utriusque tertiæ pluralis Aeolicè formatur à prima ſingulari mutata ultima in εν, quod etiam fit à Doriensibus: ut, ἐτύφθεν pro ἐτύφθησαν, ἔτυπεν pro ἐτύπησαν. Ait Euſtathius fieri à prima plurali, per ſyncopen duarum literarum η & μ, ab ἐτύφθημεν nimirum, ἐτύφθεν, ab ἐτύπημεν, ἔτυπεν.
  - In Optatiuo Aoriſto 2. Aoles pro θείμην, θεῖο, θεῖτο dicunt θείην, θεῖς, θεῖη.
  - In Infinitiuo Verba quintæ baryton. quæ habent α in penultima præſentis, reuocant tonum in tertiam à fine, α in ο mutando: ut, τέθορθαι pro τεθάρθαι, à τεθαρρεῖν μορθαι pro μεμάρθαι à μείρω.
- Medio: eadem nimirum, quæ in duobus iã dictis: quatenus ſcilicet cũ iis terminationũ ſimilitudine cõuenit. Exẽpli gratia:
  - Prima pluralis in μεθα, α ultimum Aeolicè in ε mutat, aſſumpto nonnunquam per paragogen ν: ut, ἐτυψάμεθε pro ἐταξάμεθα, ἐταγόμεθεν pro ἐταγόμεθα.
  - Doricum ουν hic quoque ν amittit Aeolicè: ut, ταξεῦνται pro ταξοῦνται, ποιεῦνται pro ποιοῦνται.
  - Secunda perſona ſingularis Aeolicè acquirit θα: ut, οἶδασθα, & per ſyncopen οἶσθα pro οἶδας.
  - Imperfectum & Aoriſti, ut in Actiuo, per epenthesin recipit tres literas εσκ abiecto augmento: ut, τυπτεσκόμην, τυπτέσκεο, τυπτέσκετο, τυπτέσκοντο, pro ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο, ἀλιζασκετο pro ἠλάζετο.

I. PARTICIPII Aeoliſmi communiũ partem cum

- Nominibus, quibuſcum eadem recipiunt formas declinationum: ut, πεπτυκόων pro πεπτυκῶν, τυπτομένοις pro τυπτομέναις, τῶ τετυφθένω pro τοῦ τετυφθέντος, &c. Ita quoque τύψαις dicunt pro τύψας.
- Verbo in
  - Initio ratione Augmenti. Nam Aeoles, ablato incremento, tonum in antepenultimam transferunt: ut, βόλημενος pro βεβλημένος, δέγμενος pro δεδεγμένος.
  - Fine. Ergo
    - Fœmininorum υ circumflexum Aeolicè mutatur in ῶ, teſte Anteſignano: ut, ἰδῶσα pro ἰδοῦσα.
    - Perfecti ultima Aeolice mutat ε in υ tranſlato tono: ut, τέτυφυς pro τετυφώς.
    - Eiuſdem characteriſticam Aeoles nonnunquam negligunt: ut, τεθνεώς pro τεθνηκώς.
    - Prima circumflexorum in ων, Aeolice in εις abit quaſi eſſet Verbum in μι: ut, ποιεὶς pro ποιῶν, φιλεὶς pro φιλῶν, ἀεὶς pro ἀῶν. Sic εἰς pro ὤν, ab εἰμι. Hoc ſcribunt nonnulli ſed non animaduertunt, participium illud eſſe non Verbi circumflexi ποιέω ποιῶ, ſed Verbi in μι, ποίημι, quod à circumflexis Aeoles frequenter deriuant.
    - Secunda circumflexorum pro ων Aeolice habet αις: ut, γελαῖς pro γελῶν, ἐλαῖς pro ἐλῶν. Alij hæc Doribus tribuunt.

K. Quæ cætera ſunt Partes orationis, parum variant Aeolice:

- ADVERBIUM. Quæ deſinunt in θεν, ν abiecto, mutant ε in α: ut, ὄπισθα pro ὄπισθεν, ἔνθα pro ἔνθεν, ἄτερθα pro ἄτερθεν.
- PRAEPOSITIO. Dicunt Aeoles ἀμπὶ pro ἀμφὶ, ζὰ pro διὰ, πρὶς pro πρός.

D Plurium autem dictionum connexio Aeolica hæic conſiderari poteſt vel

- Ortographica, quando diuerſæ dictiones, quæ diuiſæ erãt, iunguntur, contractione vel
  - Intercedente. Sic mutatur OA in
    - Ω: ut ὤλλος pro ὁ ἄλλος.
    - ΟΥ: ut, τοὔλλα pro τὰ ἄλλα.
  - Non intercedente, literis nonnullis mutatis & ablatis: ut, κάδδε pro κατὰ δὲ: ζάνυκτος pro διὰ νυκτὸς: ὅτος pro ὁ σός, accentu & ſpiritu mutato.
- Syntactica, quando conſtructio gemina variat, per enallagen
  - Partium orationis. Participiis Verborum loco utuntur Aeoles: ut, παρτοὶ βεβοθημένοι pro βοήθει.
  - Accidentium, Caſus.
    - Datiuum pluralem tertiæ ſimplicium uſurpant Aeoles pro Accuſatiuo eiuſdem numeri: ut, τοῖς νόμοις pro τοὺς νόμους. Hoc ideo fit, quia gaudent προσθέσει τοῦ υ in ι.
    - Vocatiuo primæ ſimpl. utuntur Aeoles loco Nominatiui: ut ἱππότα νέστωρ pro ἱππότης. An non hoc, quia Nominatiuum, eum terminant in α? Ait H. Stephanus, Quod Philoponus Acticorum eſſe perperam tradidit, id Euſtathius de Aeolibus & Bœotiis refert.